

phetarum futurum, sed non viderunt, nec ostenderunt presentem; hoc tamen facere meruit Joannes Baptista, adeoque maior fuit. Unde dicitur Matth. 15, v. 16, et Luce 10, v. 25: *Beati oculi qui vident quae videlicet. Dico enim vobis quod multij prophetas et reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt.*

Obj. 2^o: Dicit Dominus: *Nudus major Joannes Baptista.* Atqui inde non sequitur quod non fuerint illi aequales; ergo non superavit omnes prophetas sanctitate.

Prob. min., quia S. Hieron., in cap. 11 Matth. dicit: *Non eratius prophetis, et patriarchis, cunctisque hominibus, Joannem praeputit; sed ceteris coequalitatem.* Item S. P. Aug., lib. 2 cont. adversarium legis et prophetarum, cap. 5, ait: *Potuerunt esse prophetas aliqui Joanni aequalis, aliqui minores, nullus maior, ob sententiam Domini.*

Resp. ex verbis Christi solitarii spectatis non absolutè sequi Joannem fuisse maiorem ceteris, ut illi Patres bene observarunt; sed in videtur posse deduci ex istis verbis, si conferatur cum ceteris, nempe cum iis que habet Matthaus, cap. 11, v. 9, ubi Christus vocat Joannem *plus quam prophetam.* Ex his enim patet quod Joannem praeputit ceteris. Adeo quod ipsum vocet *Eliam per excellentiam.*

Observandum tamen hic est quod verba illa, non surrexit major, etc., tantum videantur esse intelligentia de sanctis veteris, non vero novi Testamento.

1^o Quia Christus non loquitor de futuris sanctis, sed de præteritis, ut patet ex *et surrexit;* item ex eo quod loquuntur de prophetis veteris Testamento; ut licet ex contextu, et ex S. Lucâ.

2^o Quia D. Virgo certissime fuit major quam Joannes Baptista; ergo verba illa non sunt intelligenda de sanctis novi Testamento.

3^o Quia videtur apostoli fuisse majores Joanne: nam imprimit ipsi Christum ostenderunt toti mundo, Joannes vero eum tantum ostendit Iudeis. Deinde apostoli plenius et perfectius cum Christo conversati sunt, a quo plurimi fuerunt dilecti, et omnia mysteria diciderunt, iuxta illud Joan. 15, v. 15: *Vos autem dixi amicos; quia omnia que audiri à Patre meo, nota feci vobis.* Denique et ipsi Spiritus sancti gratia abundanter fuenterunt in die Pentecostes.

Dices 1^o: Apostoli erant adhuc validi imperfecti, dum Christus ista dicebat; ergo Joannes erat major illis.

Resp. cum hoc bene stare quod postea majores evaserint. Unde etiam non dicimus quod illo tempore quo Christus Joannem plurimum laudavit coram turbis, apostoli fuerint majores Joanne; sed asservimus admodum probabile esse, quod postea majores evaserint quam fuerat Joannes.

Dices 2^o: S. Ambros., serm. 94, Chrysost., hom. 58 in Matth., et plures alii censem Joannem Baptistam esse maximum omnium sacerdotum; et hanc opinionem videtur etiam sequi Ecclesia; nam in Litanis preponit ipsum omnium sanctos, scilicet exceptus Christo et Mariâ. Ergo prefatus Evangelii textus non

tantum de sanctis veteris Testimenti, sed etiam novi Testamenti intelligentius est.

Resp. Neg. conseq., et ad auctoritatem illorum Patrum dico quod ipsi fecerint sicut concionatores facere conseruerunt, qui, dum aliquem sanctum laudant, videntur ipsum extollere super omnes alios. Et sancti quod verba illorum Patrum non possint sumi strictè, inde patet quod alias ex iis secereretur ipsum esse majorem D. Virginem; sicutdem ita cum extollent, ut dicentes ipsum esse maximum omnium omnino sanctorum. Ex Litanis autem nihil conclaudi potest: nam non sunt illi semper majores sancti, qui in Litanis ponuntur priori loco, ut patet legenti.

QUESTIO III.

Quo sensu Christus dicit quod qui est minor in regno colorum, major sit Joanne Baptista.

Christus immediatè post verba illa: *Non surrexit... major Joanne Baptista,* subiungit: *Qui autem minor est in regno colorum, major est illo,* scilicet Joanne Baptista. Observetur est hic locus: neque facile potest intelligi quis minor in regno colorum dicatur, qui tamen sit major Joanne.

Resp. et dico 1^o: Juxta S. Cyriulum, lib. 2 Thesauri, cap. 4, Isidorum Pelusiota, lib. 1, epist. 68, Toletum et Maldonatum in jam citatum Evangelium locum, sensus est hic: Minimus sanctus in regno colorum, id est, in Evangelio, seu novo Testamento, major est Joanne, qui tamen est maximus veteris Testamenti.

Si quaras quomodo dei possit quad minimus eorum qui Evangelium recipiunt, sit major Joanne: respondetur, majorem esse ratione statutus et legis nova, que est filiorum; vetus vero erat servorum: atque minimus filius major est maximo servo; ergo, etc.

Hoc tamen interpretatio magnum habet difficultatem,

1^o Quia verisimilimum est Joannem fuisse à Christo baptizatum, adeoque etiam ad novum Testamentum pertinuisse. Dicit enim S. Thom. 2,2, q. 174, a. 4, ad 5: *Joannes pertinet ad novum Testamentum cuius minister preferuntur etiam ipsi Moysi, quasi magis reuelatus speculatoris, ut habetur secundum ad Corin. tertio.*

2^o Quia inde sequeretur quod Joannes Evangelium non receperit, cum tamen ipse fuerit primus, et dux alius, ut recipient.

3^o Quia Christus hoc dicit ratione statutus, sea legis, quia credet? Non enim leges, sed personas laudabit; nec est aliquis specialis laude dignus ex eo quod nascatur hodiè vel cras, ex rege vel ex rusticō, etc., quia nobilis nasci fortuna est, non metit.

Dices 2^o: Tò minor probabilius intelligendum est de Christo, ita ut sensus sit: Joannes est maximus omnium prophetarum; sed ego, qui sum minor illo etate

CAP. XV. QUEST. 1. DE PECCATRICE EVANGELICA.

et multorum opinione, sum tamen major illo in regno celorum; quia Joannes venit propter me, testimonium dedit quod ego sim Moses, ergo sum major illo. Christus igitur hic voluit probare, non solùm miraculis, sed etiam verbis se esse Messianum; non vero Joannem, quem aliqui Messianum esse putabant. Ita Theophylactus, Euthymius, et S. P. Aug., tract. 15 in Joan., ubi ita scribit: *Dixit (Christus) de Joanne: In natu mulierum non surrexit major Joanne Baptista.* Sed quia illi se prepositi, in hoc quod paterat Joanne, Deus erat. Deus erat. *Qui autem minor est,* inquire, *in regno celorum, major est illo.* Minor nativitate, major divinitate, majestate, claritate; tanquam in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

Dico 3^o: Prædicta verba probabiliter etiam continent hunc sensum: Minimus sanctus in celo, major est Joanne, maximo sancto in terris: nam Dei cognitio, et scientia beatifica, quam habet minimus angelus in celo, longè superat omnem cognitionem prophetam. Etiam amor Dei praesens in celo, vincit longè amorem Dei absentis in terra. Hunc sensum quoque admittit S. P. Aug., lib. 2 contra adversarium legis et prophetarum, cap. 5, dicens: *Quia in regno colorum sunt angeli, quilibet in eis minor, major est unique quilibet sancto et justo portante corpus, quod corrupti, et aggrauit animam.* Idem habent S. Hieron. et Beda, in cap. 11 Matth., et Ambros., in cap. 7 Luce. Itaque voluit Christus hoc dicendo animare fidèles, ut contentur obtinere regnum colorum: quia, ut immediate subjungit: *A diabolo Joannis Baptista usque nunc, regnum colorum vim patitur, et violenti rapient illud.*

Dices: Joannes Baptista era tunc dignus major gloria, quam minimus angelus; ergo erat illo major sanctitate.

Resp. cum D. Thomâ, 1 p. q. 117, a. 2, ad 5: «Dicendum quod aliqui homines, etiam in statu vice, sunt majoris aliquibus angelis, non quidem actu, sed virtute, in quantum scilicet habent charitatem tante virtutis, ut possint mereri majorem beatitudinem gradum, quam quidam angelii habent. Sicut si dicamus semen aliquis magne arboris esse magis virtute quam aliquam parvam arborem, cum tantum multo minus sit in actu. »

CAPUT XV.

Postquam S. Lucas cap. 7 narrasset ea que concernunt missionem discipulorum Joannis ad Christianum, statim subjungit historiam mulieris peccatrixis, que ad pedes Christi, in domo Simonis Pharisei proposita, peccatorum veniam obtinuit. Et quoniam non certò constet quo tempore hac historia Contigerit: quia tamen auctores Harmonia, et concordia evangelica cam hic communiter ponunt, etiam nos eam hic subjungimus.

QUESTIO PRIMA.
An una eademque fuerit Maria, soror Lazar, famosa peccatrix, et Magdalena.

Resp. et dico 1^o: Non fuit apud veteres de evan-

gelica Magdalena historiā consensio: quidam enim unum duntaxat, quidam duas, aliis fuisse tres eredebant. Quin nec defūre qui quatuor diversas mulieres, quas Christianum univerunt apud quatuor evangelistas, esse contendebant. Ex his prima censebatur, quae Luca 7 Christianum apud Simonem discubentem uxisse, lavisse et tersisse legitur. Altera soror Lazar, que ante sex dies Pasche, Joan. 12, Christi pedes unxit. Tertia que ante biduum Pasche, Matth. 26 et Marci 14, fracto alabastro Domini caput inunxit. Postrema denuo quae; Joan. 19, *Magdalena* dicitur, Christique passionem cum ceteris interfuisse, et ad seperum ejus unguentum detulisse narratur.

Inter ceteros Eusebius Cæsarensis, epist. ad Martinum, in eam sententiam inclinatur ut tres fuisse asserat: duas rēmpe peccatrices, tertiam sororem Lazar, non peccatricem, sed religiose claram et nobilim. Quidquid sit, alia equidem ipsi videtur peccatrix evangelica, alia soror Lazar.

S. Chrysost. saltem duas asserit: Nam, hom. 81 in Matth., ita scribit: *Hoc mulier una et eadem apud omnes evangelistas esse videtur. Meo autem iudicio eadem est apud tres, scilicet Matthæum, Marcum et Lucum.* Et hom. 61 in Joan. ait: *Intelligendum est non fuisse sororem Lazar meretricem illam de qua apud Matthæum et Lucam scribuntur, sed aliam. Deinde subiungit: Illa meretrices infames erant, hoc honesta et studiosa.*

S. Hieron. duas itidem distinguunt mulieres, duasque mictiones, cum hæc tamen differunt quod unam fuisse putet, de qua scribunt Matthæus, Marcus et Joannes; illam vero Luce ab hæc esse diversam. Unde, in ep. 26 Matth., scribit: «Nemo potest eadem esse feminam, quæ super capit effudit unguentum, et quæ super pedes. Illa enim et lacrymis lassat, et erme tergit, manifestè meretrix appellatur; de hæc autem nihil tale scriptum est, nec poterat statim capite Domini meretrix digna fieri. »

Dico 2^o: Licet sententia præcedens propter allatas autoritates extrinsecam quondam habeat probabilitatem; communior tamen et probabilior est illa opinio quæ unam eademque feminam fuisse asserit, sororem Lazar, famosam peccatricem, et Magdalena.

Prob. 1^o ex S. P. Aug., qui, lib. 2 de Cons. evang., cap. 79, ita scribit: « Jam de nulliore atque unguento pretioso quod in Bethaniâ gestum est (utique a sorore Lazar), consideremus... Lucas enim quoniam simile factum commemoret (de famosa peccatrice)... nihil aliud intelligendum arbitror, nisi non quidem aliam fuisse mulierem, quæ peccatrix tunc (Lucas 7) accessit ad pedes Jesu et osculata est, et lavit lacrymas, et tersit capillis, et unxit unguento... sed eandem Marian bis hoc fecisse, semel scilicet quod Lucas narravit... et Joannes... ipsam Mariam commendata commemoravit, cum iam de Lazaro suscitando copisset loqui, antequam veniret Bethaniam. Ergo asserti eandem Mariam fuisse peccatrixem famosam, et sororem Lazar, que pariter

Magdalena vocatur ad distinctionem, dum alias *Mariis* in passione Christi, et post ejus resurrectionem conjungitur.

Dices : S. Aug., tract. 49 in Joan., desuper dubitat dicens : « Ecce ipsa soror Lazarī (si tamen ipsa est, quae pedes Domini unxit unguento, et tertiū capillis suis, quos laverat lacrymis) melius suscitat est, quam frater ejus. »

Resp. S. Aug. ibidem ita loqui, quia questionem illam non tractabat ex professo, sed concionabat populo, coram tunc non conveniebat eamdem questionem quasi decidere; præterim propter auctoritatem S. Chrysostomi, qui, ut supra vidimus, contraria sententiam sustinuit.

Prob. 2^o ex aliis scriptoribus et Ecclesiae doctoribus. Vetusissimus Origenes quamvis contraria sententia primò favisset, non erubuit tamen gloriosam canere palinodiam, dum insigni illa homilia de Magdalena hanc ad eam dirigit apostrophem : « Fortassis nescis an diligat te? Olim te diligebat, et à Pharisæo te defendebat, à sorore tuā diligenter te excusat. Olim laudabat te, quando unguento pedes ejus ungebas; lacrymis rigabis, capitis terges; et dolore tum mulcerebat, peccata dimittebat. » Et rursus sub finem : « Ploret unusquisque ad Jesum, et querat fideliter Jesum, quia non celavit eum quarenci peccatrix. » Ubi manifestè Magdalena, quærentem in sepulcro Christum, et peccatricem vocat, et sororem Lazarī.

S. Ambros., quamvis in cap. 7 Lucea dicat : *Potest autem non eadem esse, ne sibi contrarium Evangeliste dixisse videantur; lib. tamen de Salomone, cap. 5, tria hoc conjungit miracula : Largum sanguinis flum sicut in Martâ, damnum pelit ex Marâ, corpus rediutum spiritus calore constringit in Lazarô.*

S. Gregor., in proposito epist. lib. 6, indit. 15, epist. 22, et muliere que erat in civitate peccatrix, dicit : « *Dimissa sunt ei peccata multa. Quomodo autem fuerint dimissa, in hoc etiam monstratum est, quod postea est secutum, quia ad pedes Domini se-debat, et verbum ex ore illius audiebat : in contemplatiâ enim vita suspensa, jam activam transcederat, quam adhuc Martha illius soror tenebat.* » Sepultum quoque Dominum requivit, studiosè ad monumentum inclinata, corpus illius non inventit. Sed etiam recentibus discipulis, ipsa ante januam monumentum plorans perstitit, et quem mortuum querebat, vivevum videre meruit, et resurrexisse.

« *Dominum discipulus nuntiavit. Ex his verbis liquet quod S. Gregor. omnia que evangelista de famosa peccatrix et Magdalena dicunt, uni et eidem persona, nempe Marie sorori Lazarī et Martæ, applicet ; nam primò dicit quod fuerit in civitate peccatrix : ecce illud, de quo Luce 7. Secundò dicit quod sedaret ad pedes Domini : en istud, de quo Luce 10, v. 59. Tertiū dicit eandem ivisse ad monumentum, et vidisse Dominum resuscitatum. Videri etiam possunt lectiones 2 nocturni in festo S. Marie Magdalena, quæ ex S. Gregor. desumpta sunt.* »

His accedit Rupertus in cap. 12 Joan. dicens : « *Hee cadent Maria, soror Lazarī, peccatrix ; eadem, inquam, sicut à diligentioribus tractoribus assertum est. » Item S. Anselmus agens de Passione Domini, ait : « *Tum Mariæ Magdalena plus omnium flere coepit super Dominum suum, dicens : Quis mihi modo peccata dimittit? Quis me modo excusat apud Simonem, et apud sororem meam?* »*

Prob. 3^o : Joannes evangelista, cap. 11, v. 2, agens de Mariâ sorore Lazarī jam moribundi, ut significet qualis esset illa Maria, dicit : *Maria autem erat quae unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis : cuius frater Lazarus infirmabatur. Atq[ue] ante mortem Lazarī nulla mulier unixerat pedes Domini, et capillis suis terserat, nisi illa peccatrix, de qua Luce 7 : ergo illa fuit Maria soror Lazarī.*

Prob. Neg. ant. Nam, ut S. Aug. habet lib. 2 de Cons. evang., cap. 79, dixit hoc Joannes Marianus commendans, cum iam de Lazarō suscitando corpore loqui, antequā veniret Bethaniā, scilicet Christus. Id est, hoc dixit Joannes, antequā dicit Christum venisse Bethaniā, ut significaret illam esse Mariam quæ Dominum unixerat : nam si alia mulier ipsum anteua unixerat, non satis ipsam distinxisset, dicendo tantum : *Illa Maria, quae unxit Dominum, erat soror Lazarī*; sicut idem Joannes dicendo de seipso cap. 15, v. 25 et cap. 21, v. 20 : *Discipulus quem dilgebat Jesus, non satis distinxisset ab aliis, quia fuisse et unus alius discipulus æquus à Christo dilectus, ac ipse Joannes.*

Addo quid illa parenthesis : *Ut max dicam, superflue et inutiliter intericeretur : nam Joannes, cap. 12, satis apertè dicit quod Maria soror Lazarī accepterit libram unguento, etc. Ergo superflue dixisset antea, cap. 11 : Illa Maria erat, quæ (ut max dicam) accepterit libram unguento, etc.*

Inst. S. Lucas, cap. 6, v. 16, dicit quod Dominus elegerit Judam Iscariotem, qui fuit proditor; atq[ue] in dñe non sequitur quod Judas modò Christum prodidisset, sed debet intelligi : *Qui fuit postea proditor;* ergo similiter, dñs Joannes dicit : *Maria erat quae unxit Dominum unguento, intelligi debet : Quæ postea unxit Dominum unguento.*

Prob. Neg. conseq. : Disparitas est quod etiam ab initio de Judâ Iscariote si loqui coactus fuerit S. Lucas, ut Judam proditoris distinguenter ab alio Judâ, qui fuit frater Jacobi. Cùm enim inter apostolos duo fuerint, nomine Judas, quorum unus fuit proditor; ne aliquis forte existimaret quod eset Judas Jacobi, Lucas etiam ab initio addidit quod proditor fuerit Judas Iscariotes; adeoque datur specialis ratio, ob quan id Lucas expressit etiam antequam Judas Christum prodidisset. Atverò in altero casu nulla potest plausibilis ratio assignari ob quan Joannes

istam unctionem, de qua agit cap. 12, jam inde, cap. 11, narrasset per anticipationem; adeoque per unctionem, de qua agit cap. 11, necessariò intelligenda est illa que à peccatrice legitur facta Luce 7.

Prob. 4^o : *Quia unam eademque fuisse mulierem, colligi videtur quoque ex Marco : nam, cap. 14, agit de unctione factâ in Bethaniâ, et quidem à muliere, quæ, v. 8, preventi ungere corpus Christi in sepulturam ; adeoque sororem Lazarī à Magdalena non distinguunt; sicut enim Magdalena quæ corpus Christi preventi ungere ; nam corpus sepultum non unxit, cùm modò resurrexisset. Jam vero Marci 16, v. 9, Christus apparuit primò Marie Magdalena, de qua ejecerat septem daemonia, quæ utique fuit famosa peccatrix : ergo ubique est eadem.*

Prob. 5^o : *Quod fuerit una et eadem mulier Ecclesia quoque sentire videtur : in festo enim B. Magdalena canit ad Magnificat : Mulier, quæ erat in civitate peccatrix, etc., et in oratione ejusdem, precibus ejus quadrupedum fratrem Lazarum resuscitatum fatur; ergo ex mente Ecclesie Latina, et universalis ejusdem consensi eadem est Magdalena, peccatrix et soror Lazarī. Quis autem credat quod tam infami status nota iniuri pateretur sorori Lazarī, Christo dilectissimam, nisi à parte rei quodcumque peccatrix fuisset.*

Deinde absconso videtur asserere quod Ecclesia ignorat nomen peccatrix, quæ in tantum à Christo laudatur, que tot ei charitatis testimonia exhibuit, quæ in omnibus suis operibus, sive irruendo in convivium, ejusque pedes inungendo, lavando, et detergendo, sive ejus verbum audiendo, sive ad crucem et sepulcrum constantem eum prosequendo, et sollicito quendam pulcherrimum semper lunc praefert characterismum : *Dilexit multum.*

Solutio argumenta.

Obj. 1^o : Luce 7 agitur de muliere que erat in civitate peccatrix : atq[ue] soror Lazarī, utpote dives et nobilis, non videtur fuisse publica peccatrix ; ergo ibi de ea non agitur.

Aliqui recentiores, inter quos Bernardus Lamy, ut Mariam Magdalena honestum, distinguunt minorem horum modo : Soror Lazarī non fuit publica in civitate peccatrix, hoc est, scortum publicum, concedunt. Non fuit publica peccatrix, hoc est garrula, vaga, quietis impatiens, non valens domi consistere, tota mundana et vana, ac maximè diffusa vanitate crinum, quos concinno crispat aliam sabbatis, id quod contra legem erat, et proper quod à Pharisæo peccatrix, vocatione, negant minorem. Unde Lamy prædicti vocent illam quam interpres noster peccatrixem verit, significare mulierem crispantem crines, non autem meretrice. Itaque juxta istos recentiores Maria Magdalena fuit complicita et pomposa, ac proinde erat scandulum et illicetra luxuria; et ideo dicitur peccatrix.

Verum, inquit à Lapiде, hi quantum consultant honoris Magdalena, tantum detrahunt gratias Christi, ac ponentient Magdalena, quæ illam ex peccatrice adeo sanctam efficiunt. Peccatrix enim dicitur anonomastice,

quod et ipsa graviter peccare soleret, et alios ad secum peccandum alliceret. Peccatrix ergo idem est quod meretrice. Unde et meretrice eam vocant S. Chrysost. et Hieron. supra citati : Item S. P. Aug., tract. 49 in Joan., illam appellat *famosam peccatrixem*. Et in Psalm. 140, vocat *impudicam*, et *frontosam ad fornicationem*. Itaque ad argumentum super propositionem.

Resp. Neg. min. Nam, licet non sit verisimile quod fuerit omnino publica meretrice, seu vulgare scortum, videtur tamen fuisse nota in civitate tanquam concubinae aliecius viri nobilis. Hoc autem sufficit ut in civitate peccatrix dicatur : siquidem mulier, que, toto scienti et quasi vidente populo, viri aliecius concubinam, merito peccatrix et meretrice appellatur.

Inst. 1^o : Magdalena vexabatur à septem demonibus, ut constat ex Luce 8, v. 2, et Marci 16, v. 9, quos Christus ab illa expulit ; ergo non vacavit impudicitia : nam agitatem à demonibus feminam homines fugiunt, non querunt.

Res. Disting. conseq. Ergo non vacavit impudicitia, dum vexabatur, transeat : antequam vexaretur, nego conseq. Itaque ex misericordia Dei videtur factum fuisse ut à septem demoniis agitata fuerit, ut sic peccata sua deserret. Deinde per Christum à demonibus liberata, serum peccatorum dolorem concepit, et tantum benefactorem suum, quem fide firmè credebat esse Deum, incipit summopere diligere ; et per hanc summam dilectionem meruit dilectorum veniam obtinere.

Inst. 2^o : Judei meretrices tolerare non poterant, iuxta illud Deuter. 23, v. 17 : *Non erit meretrice de filiis Israël. Atq[ue] soror Lazarī erat de filiis Israël ; ergo non fuit meretrice, ac proinde nec ista famosa peccatrix, de qua agitur Luce 7.*

Res. cum auctore Analyseos et alii quod lex illa Deuteronomii agat de meretriciis illis que publica lupanaria tenebant, et præcipiat judicibus ne similes meretrices tolerent, sed puniant. Maria autem soror Lazarī talis meretrice non videtur fuisse, sed tantum concubinae aliecius viri nobilis, ut jam ante diximus. Verum quidem est quod lex Deuteronomii etiam prohibeat omne meretricium privatum, sed tamen proinde meretricio nullam penam constituit, à judicibus infligendam ; et sic similes meretrices non judices, sed solum Deum habebant ultorem. Itaque ex iam allegata lege tantum conclusi potest quod Maria soror Lazarī quidem contra istam legem peccaverit, sed non punita fuerit. Et sanè quid in lege veteri essent meretrices, que non semper puniebantur, inter alia liquet ex Levit. 21, v. 4, ubi dicitur de summo sacerdotio : *Sordidam et meretrice non accipiet*, scilicet in uxore.

Ojh. 2^o : Maria soror Lazarī erat Christo optime nota, cum in domo Lazarī fuerit ordinarium Christi hospitium : atqui Christus non novaret supplicem sibi peccatrixem ; ergo haec non erat soror Lazarī.

Prob. min. Quia Pharisæus intra se dixit : *Hic si es prophetæ, sciret utique, quæ, et qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est*, Luce 7, v. 39.

Resp. Neg. min., et ad probationem dico quid, quanvis soror Lazarī esset nota Christo, potuerit tamen hos Pharisēus ille ignorare; quia ante plenam Magdalēna conversionem, quae in domo Pharisēi contigit, Christus non habuit cum ipsā particularem familiaritatem. Deinde, etsi Pharisēus scivisset quid ista mulier foret Christo optimè nota; nihil inde sequitur contra nostram sententiam, quia eis intelligi possunt de notitia illius mulieris internā, quam putabat Christo esse ignotam.

Obj. 3^o: Maria soror Lazarī erat in Bethaniā, ut dicit Joannes, cap. 11, v. 1, que sita est in Iudea prope Jerusalem; ergo ipsa non est Magdalēna: nam Magdalēna à Magdalenō oppido Galilæe, in tribu Nephthali sita, oriunda fuit, ut nomen eius indicat. Praterea, Matth. 27, Magdalēna numeratur inter feminas, que à Galilæa secutae fuerunt Christum in Iudeam; ergo erat ex Galilæa, non verè ex Iudea, ut soror Lazarī.

Resp. Magdalēnam non semper habitabat in Bethaniā, sed à fratre suo et sorore digressam habitabat in Magdalenā, ibique habuisse vel dominū suū, vel hæreditatem, forte quis illie virō, illius oppidi incole, nupserat, ut ex alii refert Jansenius Gandensis; et postea post viri mortem impudicè vivisse.

Quidquid sit, nihil implicat quoniam fuit nativitate Iudea, et habitatione Galilæa, sicut fuit Christus, qui, quanvis in Bethleem esset natus, tamen in Nazareth fuit educatus, indéquè nomen Nazareus desumpsiit; ut antea suo loco diximus.

Deinde ex eo quid dicat Mattheus cap. 27: Erant ibi mulieres multa, que secutae erant Iesum à Galilæa, inter quas era: Maria Magdalena : et Marcus cap. 15: Erant mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalena... Et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, et ministrabant ei; inde non sequitur quid fuerit Galilæa, sed tantum quid post conversionem suam Christo, ferè semper in Galilæa conversanti, adhæserit, illique ministraverit, etc.

Inst. Maria soror Lazarī semper habitabat in Bethaniā : nam, Luce 10, erat ibi, dum Martha excipit Christum convivio. Item, Joan. 11, dum Lazarus infirmabatur, misit ad Christum nuntios, ut veniret illum sanatum; ergo nunquam habitatavit in Galilæa.

Resp. Neg. ant. Nam dicit Lucas: Mulier quedam Martha nomine exceptit illum in donum suum; per que verba videtur insinuare quid illa dominus propriè non esset Maria; quippe quod Christum sequi solebat, Christum solum curabat. Quare etiam ad pedes ejus se contulit ut loquenter audiret, cibi preparatione reliqua sorori sua Martha.

De textu Joan. 11 nulla est difficultas: nam Christus tunc erat in Iudea, nec amplius reversus est in Galilæam. Itaque Maria sequebatur Christum per totam Galilæam, et dum veniebat Bethaniā, etiam ipsa aderat. Tandem autem illo ultimo itineri quo Christus Galilæam reliquit et venit in Iudeam (de quo itinere agitur Joan. 7, v. 2) ipsa Christum sentita est, mansaque deinceps in Bethaniā apud sororem suam.

Obj. 4^o: Lucas istam peccatricem simpliciter mulierem appellat: atqui alii evangeliste sororem Lazarī, vel Mariam, vel Magdalēnam vocant; ergo non agent de eadē.

Resp. Neg. conseq., quia S. Lucas volens commemorare peccatum ejus, ejusdem nomini pepercit; eodem fere modo quo feci cum Maithao, quem vocavit Levi, dum de conversione ejus erat agendum; Matthewū verò appellavit, dum ipsum recenset in ter apostolos. Alii verò evangeliste nomen istius mulieris expresserunt; quia charitatis ardorem indicat, et non peccatricem candem exhibent Magdalēnam. Unde etiam et ipse Lucas nomen ejus exprimit cap. 8, dum non de peccato ejus, sed de affectu erga Christum factu mentionem, ipsamque cum reliquo mulieribus Christum esse sectantem asserit.

Obj. 5^o: Christus conservatorem familiariter cum Magdalēna; atqui hoc non fecisset, si fuisset ista publica peccatrix, de qua agitur Luca 7. Nam hoc fuisset ipsi indecorum, et Iudeis prebuiisset ansam ipsum desuper calumniandi. Constat autem quid Christus, quanvis voluerit pati omnium fieri generis calumnias, nunquam tamen pati voluerit calumnias castitatis; ergo famosa peccatrix non est eadem ac Magdalēna.

Resp. 1^o: Quia Christus nunquam pati voluit calumnias castitatis, idem nunquam passus fuit; alias enim ejus conversatio cum mulieribus, hominibus illis ira in ipsam frementibus facilè ansam prebuiisset eum designans calumniandi.

Resp. 2^o: Neg. min. Non fuit enim indecorum quid femina, cuius à demonis liberatio, penitentia, vi- tate mutatio nota erat, Christum sequestrare, eique ministraret; præsertim cum Christus prediceret se proper peccatores venisse. Adde quid non videatur Iudeis fuisse usitatum aliquem despiciat calumniari; nam et ipsi apostoli secure duebant secum feminas, ut constat ex apostolo Paulo, qui, quanvis à consortio femininarum abstineret, non fortè daret scandalum gentilium, tamen 1 ad Corinth. 9, v. 5, ait: Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducere, sicut et ceteri apostoli, et fratres Domini Cephas?

Obj. 6^o: Quid Maria Magdalēna et Maria soror Lazarī fuerint duas distinctas mulieres, manifestè docet Clemens papa, discipulus S. Petri: siquidem, lib. 5 Constitutionum apostolicarum, cap. 6, postquam dixisset quid Christus nunquam mulieres misericordia ad predicandum, statim addit: et quoniam non debeat inter nos: erat enim nobiscum Mater Domini, et sorores ejus; præterea Maria Magdalēna, et Maria Jacobī, et Martha, et Maria sorores Lazarī, et Salome, et quadam aliae.

Resp. Illos Constitutionum apostolicarum, que sub nomine S. Clementis circunferuntur, non esse omnino prius, sed aliqua in eis esse depravata et addita ab hereticis; uti probat Bellarminus, lib. de Scriptoribus ecclesiasticis. Dico itaque cum Baro- nio in annalibus ad annum Christi 32, illa verba que

Mariam Magdalēnam distinguunt à Mariâ sorore Lo- || cum parabolâ, juxta quam major dilectio non est si- zari esse addita longè post tempora S. Clementis; idque auctor mox citatus satis plausibiliter probat hanc conjecturam: Origenes enim testatur complures, et qui ante ipsum vixerunt, scriptores Ecclesiasticos et unam condemnare fuisse mulierem quae sep̄iū Je- sum unixerit, et esse professos; nec aliquem dicit extulisse qui de pluribus sententiam astrinere ausus sit; novit quippe ipse non tantum authentica scripta Clementis, sed etiam apocrypha; nam eodem ipso tractatu, alia tamen occasione, ex ejusdem Cle- mentis itinerario citat quoddam Petri sententiam, » Ita Baronius. Et haec fortè fuit una ex rationibus, ob quas S. Hieron., in lib. de Scriptoribus ecclesiasticis, licet de S. Clementis scriptis faciat mentionem, nihil tamen dixit de illis Constitutionibus apostolicis.

QUESTIO II.

Quomodo intelligenda sint verba, quae Christus ad Phariseum dicit, Luce 7, v. 47.

Cum Pharisēus miraretur quid Christus permettret se tangi à muliere peccatrice, dicti illi Dominus parabolam: Duo debitores erant cuidam feneratori: unus debet denarios quinq̄uentos, et aliis quinq̄uaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo cum plus diligit? Respondens Simon dicit: Aestimo quia est cui plus donavit. At ille dicit ei: Recid judicabis. Et conversus ad mulierem, dicit Simon... Propter quod dico tibi (ô Pharise), remittuntur ei (scilicet isti mulieri) peccata multa, quoniam dilexit mulierum. Cei autem minus dimittuntur, minus diligit. Circa haec verba oritur difficultas, et quid ista parabolâ non videatur recte convenire conclusioni quam Christus inde deducit: nam juxta responditionem Simonis à Christo approbatum, idem non plus amat quia accipit magis beneficium, scilicet remissionem maioris debiti; et in conclusione, idem magis debitum remittuntur mulieri quia magis amat; atque ita in parabolâ remissio maioris debiti est causa maioris amoris, in applicatione autem parabolæ maior amor est causa remissionis maioris debiti: unde videtur applicatio esse directè contraria parabolæ.

Resp. et dico 1^o: Difficiliternam jam propositum aliqui explicant hoc modo: Remittuntur ei peccata multa, quoniam, id est, inquit, dilerit multum; ita ut sensu sit: idem dilexit multum, quia ei remissa sunt peccata multa; sicut debitor idem dilexit multum, quia remissio est illi debitum multum. Attamen mulier illa non sciebat sibi remissa esse multa peccata; ergo non idem dilexit multum. Deinde Deus homini non remittit peccata, nisi ipsum prius diligit, ad eumque dictio debet procedere remissionem peccatorum. Præterea durum est expondere r̄ quoniam per r̄ idcirco.

Alli sic exponunt, ut particula quoniam idem valeat ac: Quid hinc constat, quia et tunc sensus est: Remittuntur ei peccata multa, quod hinc constat, quia dilexit multum. Sed hic sensus etiam non concordat

|| cum parabolâ, juxta quam major dilectio non est si- gnatum remissio maioris debiti, sed potius remissio majoris debiti est signum maioris dilectionis.

Alli putant Christum voluisse argumentari, non à pari, sed à contrario; ac si diceret: Simon, recte iudicasti quid ille debitor plus amet, quia ei plus dimisum est; sed è contrario hinc mulieri plus dimisum est, quia plus amat; nam in remissione peccatorum fit omnino alter quam in remissione debitorum: remissio enim debitorum causat amorem; sed amor causat remissionem peccatorum.

Hæc explicatio à multis rejeicit, quia sic Christus similitudinem invertisset. Deinde est contra naturam parabolam vertere sermonem in contrarium sensum: nam finis parabolarum est veritatem scavar et palpabiliter insinuare. Hic autem Christus insinuat set veritatem contrariam parabolæ, sive docuisse omnino aliud quam parabola continebat. Ad quid ergo il- lam proposuit?

Dico 2^o: Juxta auctorem Analyseos per istos duos debitores intelliguntur mulier peccatrix, et Simon Pharisēus. Mulier multa habebat peccata, Pharisēus pauciora: utrique tamen, ut parabola supponit, Deus peccata dimisera, antequam Dominus apud Phariseum pranderet; uterque etiam iam in Christum crederat, uterque cum amabat; quapropter dedit illis Christus gratiam sanctificantem, non tanquam mercedem illius fideli et amoris, sed purè gratuitū, secundum illud Apostoli ad Rom. 4, v. 5: Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositionem gratiarum Dei. Et hoc est quod in parabolâ insinuator his verbis: Non habentibus illis unde redderent, donavit utrifice. At hunc, ô Pharise, sicut ille debitor cui plures denarii condonati sum, plus dilexit quāt̄ autē condonati sum, pauciores: sic hinc femina, cui plura peccata remissa sunt, plus me dilexit quā tu, cui pauciora dimissa sunt; et idem, quoniam tu putes illam esse peccatrixem, tamen est mulier sanctior quam tu. Tunc Dominus probat amorem mulieris esse majorum quam Pharisei, et majoribus officiis charitatis, quae erga Christum exhibebat. Postea hunc amorem, quem habuit, causam fuisse remissionem peccatorum, indicat dicens: Propter quod dico tibi: Re- mittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, Ita Barradius explicat haec ultima, incipiendo à jam prefatis verbis: At hunc.

Auctor Analyseos illa explicat hoc modo: At hunc,

ô Pharise, remisi tibi gratis tua peccata, quoniam

previderem te non multum me dilectorum;

à pari ergo debui huic mulieri dimittere plura peccata post

tum magna signa ardentis sui amoris erga me.

Quidam autem cum auctore disponunt hoc modo: Si isti femina remissem multa peccata, de- beret, ô Pharise, juxta tuum iudicium, mihi ex gratitudine multum amoris rependere: cum ergo mili- tanta signa amoris ostenderit, et hoc antequam poterit sibi remissa esse sua peccata, quoniam potius negare remissionem omnium peccatorum ejus, quan-

tumcumque multorum? Est idem sensus sub alia dispositione verborum. Uterque autem sensus in eo convenit, quod Christus, approbat Pharisaei responsione, et admisso supposito quod à muliere multum amaretur, quia ipsi mulier peccata dimisera, jam ostendat se jure merito ipsi dedisse remissionem multorum peccatorum propter magnitudinem ejusdem ejus amoris, cuius tam evidenter signa jam dederat.

Dices: Illa explicatio supponit quod Simon Pharisaeus et mulier peccatrix essent modo justificati: Atqui hoc videtur falsum; ergo.

Respondent patroni hujus opinionis negando minorum; nam Simon ille credebat Christum esse Messiam, et per illam fidem justificatus fuerat. Similiter et illa mulier id creditat: quinimò jam habebat perfectam charitatem, antequam veniret: nam ejus acarus ad Christum, uncio, etc., non fuerunt initium amoris ejus, sed effectus.

Inst. 1^a: Dicit Christus mulieri, v. 48: *Remittitur tibi peccata tua*; ergo anteua non erant remissa.

Respondent neg. conseq. Quia v. 47 dicit Christus Pharisaeo: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, aperitè indicant quod illi mulier peccata fucrunt dimissa posse et propter magnum ejus amorem. Et sic etiam SS. Patres textum illum intelligunt; unde Aug., hom. præcitat, agens de Magdalena Christi pedes ungente, dicit eam adhuc fuisse immundam, adeoque in statu peccati mortalis. Alioquin enim Pharisaeum, in cuius aliibus laxe pergeantur, eumque increpans: *Unde scis*, inquit, *Domum nesciisse que fecit illa mulier, nisi quia permisisti est accedere*; nisi quia illa patiente, osculata est pedes ejus, nisi quia terst, nisi quia uncti? Hoc enim non debuit facere in predictis mundis mulier IMMUNDA... Accessit autem ad Dominum IMMUNDA, ut rediret MUNDA: accessit agra, ut rediret sana. Similiter etiam loquitur S. Gregor., hom. 35, in Evang., dicens: *NONDEM LOTA, sed LAVANDA, ad fontem misericordie currit*.

tem: nam illam tantum concepit ex gratitudine, quia nemppe tam mulier peccata erant sibi dimissas; atque tamen verba Christi: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, aperitè indicant quod illi mulier peccata fucrunt dimissa posse et propter magnum ejus amorem. Et sic etiam SS. Patres textum illum intelligunt; unde Aug., hom. præcitat, agens de Magdalena Christi pedes ungente, dicit eam adhuc fuisse immundam, adeoque in statu peccati mortalis. Alioquin enim Pharisaeum, in cuius aliibus laxe pergeantur, eumque increpans: *Unde scis*, inquit, *Domum nesciisse que fecit illa mulier, nisi quia permisisti est accedere*; nisi quia illa patiente, osculata est pedes ejus, nisi quia terst, nisi quia uncti? Hoc enim non debuit facere in predictis mundis mulier IMMUNDA... Accessit autem ad Dominum IMMUNDA, ut rediret MUNDA: accessit agra, ut rediret sana. Similiter etiam loquitur S. Gregor., hom. 35, in Evang., dicens: *NONDEM LOTA, sed LAVANDA, ad fontem misericordie currit*.

quod causa istius amoris fuerit remissio debiti obtinenda.

Obj. 2^o: Verba illa Cliristi ad mulierem peccatricem: *Remittuntur tibi peccata tua, sunt potius declaratoria et confirmatoria jam concessae remissionis, quam operativa primae justificationis; ergo mulier illa fuit justificata, antequam ad Christum accederet; idque ejus dilectio, de qua agitur in parabolâ, fuit tantum amor gratitudinis pro remissione debiti jam obtinâ.*

Prob. ant. ex S. Gregor., hom. 53 in Evang., ubi dicit quod Christus illis verbis eam quam sanaverat, per pietatis suæ sententiam confirmat.

Resp. Neg. aut. Nam si cum non potest dici quod verba absolutionis sint potius declaratoria et confirmatoria remissionis peccatorum jam concessæ, quam operativa primæ justificationis; ita nec id dic potest de praetatis verbis Christi. Ad auctoritatem autem S. Gregorii dico quod ipse non agat de verbis illis: *Remittuntur tibi peccata tua, sed de istis. Vade in pace,* que dicit esse confirmatoria remissionis jam concessæ. Patet hoc ex toto contextu, qui ita sonat: *Cœlestis medicina agros non despici, quos etiam de medicamento fieri deteriores videt. Eam autem quam sanaverat, per pietatis suæ sententiam confirmat, & dicens: Fides tua te salvum fecit, vade in pace.*

Inst. Predicta Christi ad Magdalena verba similia sunt iis que, Marci 5, v. 54, dixit ad mulierem fluxum sanguinis ad annis duodecim patrem: *Esto scava à plaga tua.* Atque per hanc non tribuit, sed tantum confirmavit ei, ratamque habuit collatum a se sanitatem; siquidem mulier illa prius solo tacu finibus eius, sanata fuerat, ut patet ibidem, v. 29, ubi dicitur: *Et confessus siccaus est fons sanguinis eius;* et sensi corpore quia sanata esset à plaga. Ergo et verba Christi ad Magdalena videtur tantum fuisse confirmatoria remissionis peccatorum jam ante concessæ.

Resp. Neg. maj. et consq. Nam cum ex dicto versus 29 et seq. constet quod mulier illa esset sanata à profluvio sanguinis, antequam Christus eam aliquareretur, clarè sequitur quod verba illa: *Esto scava, etc.*, non possint rigorosè sumi; adeoque in textu Marci occurrit aliqua necessitas sumendi illa verba latè, sed dicendi quod tantum fuerint confirmatoria sanitatis jam ante collata. Atvero in parabolâ, de qua agitur Lucas 7, ne vel verbum, aut illa circunstans est que innuat quod Magdalena collata fuerit remissio peccatorum, antequam Christus diceret quod ipsi remitterentur peccata sua; ac proinde cum ne vel minima occurrit necessitas sumendi illa Cliristi verba inpropiè; rigorosa ac proprie, seu prout sonant, accipi debent. Unde etiam et SS. Patres eadem ita accepérunt, prout patet ex SS. Aug. et Gregor. supra citatis, qui dicunt quod Magdalena ad Christum accesserit immunda ut redire munda, nondum lata, sed lavanda, etc. Nullo modo igitur diei posse nobis videtur quod tantum fuerint confirmatoria remissionis peccatorum jam ante concessæ; sed

dicendum omnino appetit quod fuerint collativa gratio primæ, seu operativa justificationis; quemadmodum et verbum mandare, de quo Matth. 8, v. 5, fuit curativum lepre.

Obj. 3^o: Cum Lyrano: Predicta Christi verba respicunt solam peccatorum, jam quad culpam remisorum, restantem penam; ergo non fuerint remissiva ipsius culpe, sed solius penæ; ac consequenter hinc rursus concludit quod dilectio illa de qua agit parabolâ, fuerit amor solius gratitudinis, et non causa dispositiva remissionis peccatorum.

Prob. ant., quia Christus post illa verba: *Remittuntur et peccata multa, quantum dilexit malum;* statim subiungit sequentia: *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Atqui hæc ultima non possint intelligi de remissione culpe; ergo nec alla videtur intelligenda de remissione culpe.

Prob. min. quia remissio culpe vel totalis est, vel mixta est; nam certum est quod uniuersum peccatum mortale non possit remitti sine alio. Remissio autem penæ per partes communiter conceditur; ergo illa verba: *Cui autem minus dimittitur, etc.*, tantum intelligentur de remissione penæ, non vero de remissione culpe.

Resp. Neg. ant. et minorem probationis; nam quanvis unum peccatum mortale, etiam minimum, non possit remitti sine alio; tamen hoc non ostendat peccata, verba rectè intelliguntur de remissione quadam culpam, quia verba illa non significant quod illi minus diligit, accepit remissionem peccatorum minorum, seu aliquorum, remissione maioribus irremissis; sed designant quod qui paucæ se putat habere peccata que sibi remittantur, minus diligit; id est, ex illa opinione minorum dilectionem et inferiora dilectionis ac penitentia officia parare soleat ad remissionem consequendam, sicut Simon Pharisæus fecerat. Unde sensus est: Tu, o Pharisæe, cum paucæ tibi à Deo remitti credas, parum vicissim illum amas; sicut solent debitoribus quibus pauca debita remittuntur. Nam ista verba propter Pharisæum dicta esse docui S. Aug., hom. 25 inter 50. Non enim Dominum invitatæ, nisi aliquantulum dilexisset, inquit Iacobus; sed idc parum diligebat, quia sibi parum dimitti suspicabatur. Quo sensu possunt hæc verba, sit Jansenius, vel ad aliquam consolatiōnem Simonis esse dicta, ut rationabiliter causam habuisset non exhibendi tanta opera penitentia; quia habebat minora peccata quam Magdalena, ut quidam volunt: licet est enim ei qui pauciora peccavæ, inferiore agere penitentiam. Vel ista verba dicta sunt ad reprehensionem Simonis, tanquam minus diligens quam deberet: nau, quamvis forte pauciora peccata commisisset, debet habat tamen omnia sibi dimissa depetrare, quo vel fecisset, peccata, vel Deo regente non fecisset, iuxta illud Aug., lib. 2 Conf., cap. 7: *Omnia mihi dimissa esse fateor, et que mea sponte feci mala, et que te ducere non feci.* Ita Jansenius.

Si quis tamen prætentat prememorata verba non tantum esse dicta proper Pharisæum; sed Christum

absolutè voluisse significare quod ei qui misericordia diligit, tam quæ verius est quod hæc contingere ante missionem apostolorum, ut patebit cap. seq. quest. I; id est per filios nee apostoli, nec etiam ali Christi discipuli videntur posse intelligi; siquidem hi ante missionem suam nullib[us] leguntur ejusdem demonia.

Dices cum Estio: Si Christus locutus fuisset de exercitiis Judeorum, parata fuisset responsio: *In virtute Dei ejicunt demonia, tu autem in Beelzebub.*

Resp. Casu quo ita respondissent Pharisæi, etiam parata fuisset responsio Christi, dicendo nimis: Non habet majorum rationem dicendi quod ego potius in Beelzebub ejiciam demonia, quam quod filii vestri id faciant; quandoquidem verum Deum colam, et legem mosiacam ad amissum observem, etc.

CAPUT XVI.

Christus Capharnaui sanat demoniacum caccum et multum, quæ occasio Pharisæos, opera sancti Spiritus calumniantis refutat, Matth. 12, v. 22 usque ad 46; Marci 5, v. 22, usque ad 51, et Luca 11, v. 14 usque ad 35. Capharnaio egressus ad mare multis parabolis, seminiis, zizaniis, sinapis, etc., docet turbas. Matth. 15, v. 4 usque ad 55; Marci 4, v. 1, usque ad 55; Luce 8, v. 4 et cap. 15, v. 18. Post dictas parabolias Christus iuvit in civitate suam Nazareth, Matth. 15, v. 53; Marci 6, v. 1, et Luca 4, v. 16, usque ad 34. Pergit deinceps circuere viros Galileiæ, suppedantibus vice necessaria mulieribus, inter quas erat Maria Magdalena, Luce 8, v. 1.

QUESTIO PRIMA.

An Mattheus, cap. 12, agat de eodem demoniaco, de quo agit Lucas, cap. 11.

Resp. affirmativo. Et ratio hujus est quod eadem si Pharisæorum blasphemia: *In Beelzebub ejicunt demonia;* eadem pariter sint rationes apud Mattheum et Lucum, quibus Christus confirmat se non in Beelzebub, sed in dicto Dei ejicere demonia. Cum igitur inter Mattheum et Lucum circa narrationem hujus mirabilis sit quasi omnimoda concordia, et eadem occurrant circumstantiae, dicendum est quod uterque evangelistus de eodem quoque demoniaco agat.

Dices: Mattheus narrat istum demoniacum fuisse motum et ecam; Lucas vero tantum sit illum fuisse motum; ergo non est idem.

Resp. Neg. conseq., et dico cum S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evang., cap. 57: *et Lucas commemorat, et mutum dicit tantum, non etiam caccum; sed non ex eo quod aliquid facit, id est de alio dicere putamus.* Et hoc est. Ea enim sequentia etiam ipse contextit quod Mattheus.

Christus confutans blasphemias Pharisæorum, dicendum quod in Beelzebub ejicere demonia, inter alia ab ipsis petit, Matth. 12, v. 27: *Si ergo in Beelzebub ejicet demonia, filii vestri in quo ejicunt?* Circa hoc verba queri potest quinam intelligantur per max dictos filios. Ad quod quassum breviter responderemus Christum ibidem videri loquacem exorcistis Judeorum, de quibus Act. 19, v. 14, et Josephus, lib. 8 Antip., cap. 2, qui acto à Salomone tradiitæ expellentebat demones. Theophylactus et nonnulli alii veteres intelligent apostolos, qui erant filii Judeorum. Censem enim hæc contingere post missionem apostolorum factam à Christo, in quæ apostoli ope Christi demonia expulerunt, et miracula plurima patraruunt. At-

temen quæ verius est quod hæc contingere ante missionem apostolorum, ut patebit cap. seq. quest. I; id est per filios nee apostoli, nec etiam ali Christi discipuli videntur posse intelligi; siquidem hi ante

QUESTIO II.

Quis sit sensus verborum Christi, que habentur Marci 4, v. 26.

Quando Christus multis parabolis docuit turbas, inter exteras loco citato Marci proposuit hanc: *Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jucat sementem in terram, et dormiat, et exsurgat nocte et die, et semen germinet, et increbat dum nesci illi.*

Resp. dico 1^o: Beda, auctor Commentariorum in Marcum apud S. Hieron., et Glossa hanc parabolam ita explicant, ut *et exsurgat nocte et die, referatur ad semen; quasi Christus diceret quod semen exsurgat, seu crescat nocte et die, etiam dum agricola de eo non cogitat et dormit. Sed sola lectio totius textus, et matrice reflexio ad particularia, et quæ immediate prædit *et semen, satis insinuat quod utrumque verbum, nempe dormiat et exsurgat debet referri ad agricolam seminantis. Præterea semen habet duo subsequentia verbi sibi propria, scilicet germinet et increbat: ergo non debet illi attribui verbum exsurgat, quod respectu seminis est metaphoricum. Itaque.**

Dico 2^o: Illud dormiat et exsurgat nocte et die debet intelligi, tanquam esset positum: *Dormiat nocte, et exsurgat die, sicut intelligunt antiqui hic versiculos: Verbum, virgo, Deus, fit caro, mater homo.* Id est, verbum fit caro, virgo fit mater, Deus fit homo, et tunc sensus est hie: *Sic se habet negotium regni Dei, id est, Ecclesie; sicut si agricola semen in terram spargat, et ipse de nocte dormiat, de die vigilet, et negotiis suis vacet, de semine in terram sparso non cogitet; equidem semen illud germinabit et crescat, ipso agricola quodammodo nesciente. Nam, ut immedio in textu Marci sequitur: *Utrio enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spicam.**

Ita ergo etiam se habet Evangelii predicatione et doctrina: *hæc enim à Christo et apostolis seminata: id est, prædicta à parvis initio continuo, sed sensim sine sensu crescit in magnas et maturas fideliens fruges, ipso Christo quasi dormiente in celis, et relut nesciente; et quod permitat Judeus et gentes infideles contra apostolos et Evangelium insurgere, eosque perseque et occidere. Crescit, inquam, donec sensim se propagans totum orbem occupet: quando maturâ jam messa frumentum, id est, electi, colligentur in horreum celis,*